



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 6. Voluntas Dei consequens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

is, quod bonum, quidquid tandem accidat, adeo ut  
mala ipsa quæ inde promanant, inter bona  
naturam humanae sint. Cum enim Deus per naturam  
suum & essentiam, ipsa sit bonitas, quomodo  
ipse potest ex se profundere aliud quam bonum?  
Quomodo potest velle suæ creaturæ aliud  
quam bonum? siquidem hæc nullam tum ei  
ausam præbet occasionem malefaciendi.

## §. VI.

## Voluntas Dei consequens.

**V**oluntas Dei subsequens & secundaria  
est illa, quam Deus habet non ex se solo  
sed datâ occasione vel causa ex parte creatu-  
, & ræ. Dicitur consequens, quia consequitur  
nostram dispositionem, & operibus nostris  
conformatur, quæ si bona sunt, illa nobis bo-  
na est & benefica; si mutamur & illa muta-  
tur nostro loquendi modo; cui applicari pos-  
sunt illa Davidis verba: *Cum sancto sanctus e-  
ris, & cum viro innocentie innocens eris, &  
cum electo electus eris, & cum perverso per-  
verteris*. Instar speculi hic res geritur: illud re-  
latione præsentat ea omnia, quæ ex opposito fiunt;  
ic pro codem oculo respicit quo aspicitur, Æthio-  
Ego Dapem, repræsentat nigrum, Europæum, al-  
untas curbum; si torvum intueris, torvum exprimit, si  
on poterides, arrideret; quos fronte, oculis, vultu, ma-

nibusque motus efformas, conformis fert. Talis & Deus est, qui Sap. 7. dicitur *colum sine macula* perinde ac si dicat *Sanctus noster* qualemcumque Deus vultum praesertim semper sine macula est. Si qua forte vide nobis, non ab ipso, sed a nobis est, non vertenda vitio, sed nobis. Sicut in speculo est macula, neque defectus representat vos & defectus illorum qui illud inspicit, sed haec ejus potius perfectio est. Sicut autem distortas monstrat, non sunt tales nec ab illo procedunt, sed exhibit dispositionem eorumque motus qui habet oppositos. Sic nos tu visitas, sicut mus. dicebat S. Thomas Deo, in hymnus dam quem deinde Ecclesia usurpavit in cito vener. Sacramenti. Quibus verbis rogamus ut nos dignetur invisere nobis honoratur. Verum etsi id non per verius dici potest: Sic nos tu visita, sicut limus. Sic nos tractas, sicut a nobis trahis. Sic nos muneras, sicut tibi servimus: do obvertis nobis, si avertamur a te; at faciem, si revertamur ad te. Odium nostrum nascitur sed ex peccatis nostris. Vnde punitio non sunt opera tua: alienum opus per egrinum est opus ejus ab eo. Ignis cuprum nostrarum coelestem illam atque Jer.



nalem accedit. Crimina nostra ad vindictam  
nostrum manum illius armant. Tolle peccatum  
& infernus non erit: non avertitur Deus ab  
omni vide homine nisi quat enus a peccante offensus,  
s est, adeo ut voluntas haec Dei punitiva peccato-  
rum nostrorum jure merito subsequens vo-  
cetur que nisi ex nobis oriretur, in illo non es-  
set, idcirco dependet a nobis, consequitur &  
conformatur operibus nostris.

§. VII.

*Applicatio utriusque voluntatis ad historiam  
Ieroboami.*

**S**ecundum hanc utriusque voluntatis in  
Deo differentiam facile est respondere ad  
difficultatem supra propositam, quo pacto  
Jeroboam homo sceleratissimus a Deo no-  
minatus fuerit Rex decem tribuum, tametsi  
paulo post Deus negaverit suo mutu & con-  
filio eum ad regnum fuisse promotum. Nam  
verissimum est secundum voluntatem Dei  
antecedentem, Jeroboam a regia digni-  
tate fuisse exclusum, nec ad eam umquam  
aspirare posuisse. Verum cum peccata populi in-  
dies cumularentur, & ad cœlum usque extre-  
serent, ut inde castigarentur, Deus videns  
Ieroboam regno inhiantem, hominem

F 3

im-